

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2892

Auteur(s) : Guillaume, Lisieux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1198

Lieu d'émission : Lisieux

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Lettres de Guillaume, évêque de Lisieux, portant confirmation à l'abbaye du Bec de l'église et de la chapelle de Saint-Ymer avec ses dépendances.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, n° XVI, p. 23-24.

Texte établi d'après a

Willelmus, Dei gratia Lexoviensis episcopus, universis sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem et Dei benedictionem. Noverit universitas vestra nos, prædecessorum Arnulphi et Radulphi vestigiis inhærentes, donum quod ipsi Beccensi monasterio de ecclesia sancti Ymerii fecisse noscuntur, concedimus, ratum habemus, ad notitiam posterorum autoritate sigilli nostri confirmantes ; quorum alter monachos Beccenses apud sanctum Ymerium primus instituit, alter ecclesiam præfatam et capellam juxta positam in proprios usus monachorum ibidem commorantium, simulque pauperum et hospitem misericorditer et provide confirmavit. Nos igitur fervore sanctæ caritatis non minus igniti et ecclesiam Beccensem hand seignus diligentes, volumus et permittimus quatenus post decessum Hugonis, sacerdotis præsentis, prior qui tunc fuerit apud sanctum Ymerium pro voluntate sua et monachorum suorum præbyterum qui curam plebis habiturus sit, mihi, vel successoribus meis præsentat ut curam animarum a nobis recipiat, a priore vero et monachis portionem quam ei pro sustentatione sua assignaverunt idoneam ; tum quatenus inde sufficienter valeat sustentari et nobis et successoribus nostris de Episcopalis respondere. Et quoniam Lexoviensem ecclesiam ab omni detrimento nos convenit observare, præbendam nostram quæ infra eandem parochiam esse dinoscitur, nobis integram, illibatamque cum omni jure suo in perpetuum manere censemus. Actum hoc apud Lexovium anno millesimo centesimo nonagesimo octavo. Testibus : Hugone de Haugemenil tunc abbate Beccensi ; Johanne, decano Lexoviensi, Roberto de Rothorti, cantore, Nicolao Eustachio, canonicis Lexoviensibus ; Bartholomæo, preposito Lexoviensi ; Gaufredo de Asneriis.